

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pax q
cum fonte primo

Concordia malorum contraria est bonorum, et sicut optandum est ut boni pacem habeant ad inuicem, ita optandum est ut mali sint discordes.

Impeditur enim iter bonorum si unitas non diuiditur malorum.

Ysidorus de summo bono libro III.

Concordiam malorum contrariam esse bonorum, et sicut optandum est ut boni pacem habeant inuicem, sic optandum ut mali inuicem sint discordes.
Vnanimitatem quippe malorum bonorum esse contrariam Paulus apostolus adprobat, qui malos contra se diuidit, quos in necem suam concordasse conspexit. Inde et in lege mare rubrum, hoc est malorum hominum concordia diuiditur, ut electorum uia tendens ad beatitudinem non impediatur.
Inpeditur autem iter bonorum, si mare, hoc est unitas, non diuiditur iniquorum.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3, 31, 2 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.269, ll.5-14).